

## Band VIII., Nr. 2673, Seite 25-26

*Abt Werner von Frankenthal zeigt dem Abt von Ellwangen den Erwerb von (ellwangischen) Gütern, insbesondere dem Patronatrechte der Veitskirche in Frankenthal, aus dem Lehensbesitz des Ritters Heinrich von Eppstein und seines Brudersohns Johann Rapa an.*

Ohne Ortsangabe, 1277. April 9.

Reverendo in Christo domino . . . abbati Elwacensi Werneherus bonitate divina abbas in Frankindal ordinis sancti Augustini Wormatiensis diocesis cum devotis orationibus quicquid potest servitii et honoris. Dominationi vestre tenore presentium volumus innotescere, quod nos vestro accedente consensu comparavimus sextam partem decime cum iure patronatus ecclesie sancti Viti apud nos et quibusdam agris et censibus a quibusdam nobilibus, videlicet domino Heinrico milite de Ebestein et Johanne dicto Rapa filio fratris sui, pro centum et octoginta libris Hallensium, cum qua pecunia ipsi comparaverunt bona apud villam Agersheim, centum videlicet et viginti iugera campestria, sibi multo melius convenientia quam decima et alia supradicta, et hoc de consensu et voluntate dominorum de Schauwenburc, videlicet filiorum bone memorie Symonis antiquioris de Schouwenburc, Berhtoldi et Hermanni, a quibus ipsi H(einricus) et Jo(hannes) et eorum progenitores dictam decimam cum aliis iuribus ibidem in feodo tenuerunt, ita quod dicta decima de gratia vestra cum aliis iuribus prefatis ad ecclesiam nostram Frankindalensem iure spectet proprietatis, et dicti domini de Schouwenburc predicta bona in Agersheim, sicut predictam decimam hucusque tenuerunt, cum aliis iuribus supradictis in posterum teneant iure et titulo feudali.

Actum anno dominice incarnationis MCCLXX septimo, quinto idus Aprilis.

Der Textabdruck folgt dem Original. Siegel des Ausstellers aus mit Mennig gemischtem Wachs, spitzoval, c. 50, 36 mm, (III. A. 2. a.): Der stehende Abt, mit der Rechten ein Buch vor die Brust haltend, in der Linken den Abtsstab; Umschrift: . . WERNHERI . ABB . . . S . DE . FRA . . .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**

B 389 U 2212

**Überlieferung und Textkritik:**

Original mit unbeglaubigter Papierabschrift.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Dossenheim HD<br> Dossenheim Gemeinde (6287)<br> Ellwangen  
(Jagst) Wohnplatz (4362)<br> Ellwangen (Jagst), AA<br> Eppstein,  
MTK<br> Frankenthal, FT<br> Oggersheim, Ludwigshafen am Rhein,  
LU<br> Worms, WO